Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

PABOLE

animas suas sic semite omnis auari
animas possidentium rapiunt.
Sapientia foris predicat in plateis
dat vocem suam in capite turbarum
clamitat in foribus portarum urbis
profert verba sua dicens. Vsque quo
parvuli diligitis infantiam et stul
ti ea que sibi sunt noxia cupient et
imprudentes odibunt scientiam con
vertimini ad correcionem meam ecce
proferam vobis spiritum meum et
ostendam vobis verba mea. Quia
vocavi et renuistis extendi manum
meam et non fuit qui adspiceret despex
istis omne consilium meum et in cre
pationes meas nesleristi. Ego
quoque in interitu vestro ridebo et subsan
nabo vos cum vobis quod timeba
tis advenerit. Cum venit repen
tina calamitas et metus quasi temp
estas ingruerit. Quia venit super
vos tribulacio et angustia tunc in
vocabunt me et non exaudiam et
mane consurgent et non invenient
me eo quod exosam habuerint disciplinam
et timorem domini non susce
perint nec acquiescerint consilio meo
sed detraxerint universe correcionem
mee. Comedent igitur fructus vi
e sue suique consilius saturabuntur
aversio parvulorum interficiet eos
et prosperitas stultorum perdet illos.
Qui autem me audierit absque ter
rore requiescet et habundancia perfruet
malorum timore sublato. II
Fili mi si suscepis sermones
meos et mandata mea ab
condens penes te ut au
diat sapienciam aures tua. Incli
na cor tuum ad cognoscendam pru
denciam si enim sapienciam invoca
veris et inclinaveris cor tuum sapiente
si queris eam quasi pecuniam et
sicut thesauros effodiens illam tunc
intelleges timorem domini et scientiam
dei invenies quia dominus dat sapi
entiam prudenciam et ex ore eius prude
ncia et scientia. Custodit rectorum sa
lutem et protegit gradientes simpli
citer servans semitas iustitie et viam
sanctorum custodiens. Tunc in
telleges iustitiam et iudicium et equi
tatem et omnem semitam bonam si
intraverit sapienciam cor tuum et scia
animae tue placuerit consilium custo
diet te et prudencia servabit te ut
eruaris de via mala et ab homine qui
perversa loquitur. Qui relinquunt
iter rectum et ambulant viis te
nebrosis. qui vero letantur cum male
fecerint et exultant in rebus pessimis
quorum vie pure et infames gressus
eorum ut eruaris a muliere mala
aliena et ab extranea que mollit ser
mones suos et relinquit ducem pub
tatis sue et pactum dei sui oblita est.
Inclinata est ad mortem domus eius
et ad inferos semite ipsius. omnes qui
introeunt ad eam non revertentur
nec apprehendent semitas vite ut ambu
les in via bona et calles iustorum
custodias. Qui enim recti sunt habi
tabunt in terra et simplices permanebunt
in ea. Impii vero de terra perdentur et
qui inique agunt auferentur ex ea
Fili mi. III
Ne obliviscaris legis mee
et precepta mea custodiat